

mundschaftliche Regierung in Böhmen. Friedrich III. aber wußte wohl, was für schwierige Verhältnisse in dem böhmischen Reiche vorlagen, welche fast unlösbaren Probleme ihn dort, wo die römische Kirche und das böhmische schismatische Volk die entgegengesetztesten Ansprüche an den Regenten richteten, bedrängen würden, und endlich, daß seine Finanzen dazu nicht geeignet waren, indem, nach Aeneas Sylvius, die Böhmen nur in der Treue ihrer Könige blieben, wenn sie tägliche Geschenke erhielten. Er empfahl daher der in Wienerisch = Neustadt ihn aufsuchenden

recurrendum, vos praestare sumptus, vos Regem alere, vos inexplebilem curiam & insatiabiles Ministros explere oportebit. Video praeterea inter vos non paucos esse proceres, consilio, autoritate, atque opibus bene pares. Cura Regis uni committenda erit, non omnibus: ille Rex vester judicabitur, qui Regis corpus in potestate habebit. Et quis vestrum est, qui non eum honorem sibi quam alteri malit? Semina inter vos discordiarum petitis, nisi prius in unum conveneritis, qui Regis curae prosit. Vos his incommodis Fredericus liberat, qui suo sumptu pupillum Regni gubernans, dissensionum vobis fomitem aufert. Nec vos latet, quandoquidem tenera Regis aetas est, corpus ejus in potestate Caesaris rectius esse quam in alterius cujuspiam. Ille enim consanguineus est, ex familia natus & Imperator. Et quis pupillo Regi convenientior tutor detur, quam Princeps Principum? Si sit inter vos et Hungaros contentio coram extraneo iudice, de custodia corporis Regis, par causa vestra atque illorum judicabitur. Utrique Regem petitis, utrique fidelitatis documenta praestatis. Verum in hoc illi superiores erunt, quia natum apud se Regem, coronatumque dicent: Apud Caesarem vestra causa longe justior est, quam Hungarorum: se ipsum tamen in cura patruelis vobis praefert. Curate Regnum, pupillum sibi dimittite, quem postquam pubes fuerit, vobis in primis credet. Quod vero Oratores vestri dixere, alium Regem accersendum a vobis esse, id magis terroris incutiendi causa dictum Imperator existimat, quam quod animo vestro ea sententia sedeat. Neque enim vestra fides incorrupta prius, hoc repromittit, neque progenitorum Ladislai in vos collata beneficia hoc exigunt, nec innocens ejus aetas quicquam demeruit. Caeterum volvite animo prius ut sapientes decet, quemnam Ladislao proferre possitis? cujus sanguinem, si matris originem memoria tenetis, quatuor Romanorum Imperatores produxere. Si paternam prosapiam exquiritis, quinquies imperatoria dignitas in Australi domo resedit. Obscuritatem quaerat, necesse est, cui tanta claritas non satis facit. Addite potentiam, amicitias, clientelas. Austriam, vobis vicinam possidet, Moravia, Slesia illi parent, & si res novas moliri videantur, ab officio tamen non recedent. Imperator a quo Regnum vestrum dependet, sanguine suo non deerit, nec jus familiae suae negliget. Bajoariae Saxoniaeque Duces, Marchiones quoque Brandenburgenses, & omnes ferme Germaniae Principes Ladislao propinqua necessitudine attingunt. Non potest hic pupillus offendi, nisi et tota Germania laedatur. Haec superflue vobis commemorari non ambigo, verum ita jussit Imperator. Ille in Italiam pupillum secum adducet, reductum, puberemque factum, si perstiteritis in fide, ad vos primum mittet. Vos interea pro gravitate integritateque vestra, quod in rem Bohemici Regni, pupillique sit, consulere admonet. Diese Rede des Aeneas Sylvius an die Böhmen 1450 als Gesandter des Kaisers, übersetzt im Auszug Peter Eschenlore in *J. Breslau Gesch. J. S. 9 f.* Palacky in der *Monatschr. der böhm. Museums-Gesellschaft*, 2. Jahrg. Prag 1828, Monat März S. 225 bemerkt darüber: „die Rede, welche Aen. Sylv. als Gesandter zu Benschau wirklich hielt und den Ständen auch schriftlich geben mußte, lautete ganz verschieden von der, welche er sieben Jahre später als Geschichtsschreiber in den Bädern zu Viterbo sich selbst beilegte. Jene war chriemäßig über das Thema: „Princeps, quae principe digna sunt, meditabitur“ verfaßt, so wie sie in glaubwürdigen, gleichzeitigen Abschriften noch vorhanden ist; diese paßt weder zu den Zeit- noch Orts-Verhältnissen, noch zu den Personen, zu denen sie gehalten worden sein soll. Auch waren die böhmischen Stände mit seinen Vorrichtungen in Böhmen nichts weniger als zufrieden und ich muß ihn geradezu der Unwahrheit zeihen, wenn er sagt: Verisimilis (nostra) oratio visa, neque sine favore excepta est: acceptioremque Procopius, noster Collega reddidit, qui patrio sermone Latinae linguae ignaris verba